


Zur
Gräfl.vom Hagen'schen
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN
gehörig.

N^o 1415

21
we

17

DE
IVRE PRIMI FORI
SIVE
BENEFICIO
PRIMAE INSTANTIAE
ORDINIBVS IMPERII
PERFECTE PLENEQVE IMPERTIENDO
NEC RESTRICTE POSTHAC PRAEFINIENDO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
WILHELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE WESTPHALIAE COMITE SAYNAE
ET WITTGENSTEINII RELIQUA

DISPV TABVNT
DIE VIII. APRIL. CIO MDCC XXXI.
IO. GEORGIVS ESTOR
IN AVL. SERENISSIMOR. SAX. DVCVM MEINVNG. ISENAC. GOTHAN.
ET ALTENBURG. CONSIL. CVRIAE PROVINC. SENATVS IVRIS-
CONSULTOR. COLLEGIHQVE SCABINOR. ASSESSOR
ET PROF. IVRIS ORDINARIVS

ET
ESAIAS RVDOLPHVS DE BREIER
BRVNOVICENSIS
AVCTOR RESPONSVRVS.

IENAE LITTERIS RITTERIANIS.



IVRE E PLINII TORI

TRITAE

ORDINIBVS JAL EN
PERIOTRINVS N

HTS TO RSTNA ENITIC RSTISSIMO
RSTISSIMO RSTITE AL DOMINO

WITTELLS
DIT ZAVONIAL
AN ARAL NITIC KARONIT RALNAB
IT WIT RSTISSIMO RSTISSIMO

HTS TO RSTNA ENITIC RSTISSIMO
RSTISSIMO RSTITE AL DOMINO

ORDINIBVS JAL EN
PERIOTRINVS N

TRITAE

IVRE E PLINII TORI

TRITAE



REVERENDISSIMO
ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO
DOMINO HIERONYMO
LIBERO BARONI

DE

MÜNCHHAVSEN

DOMINO APLERNAE NIENFELDAE
LINDENAE RELIQUA

AVGVSTISSIMI DVM VIVERET CAROLI VI. CAESARIS
CVBICVLARIO

IN CONSILIO SANCTIORI

C A R O L I

SERENISSIMI DVCIS BRVNSVICO-GVELFERBYTANI

MODERATORI EMINENTISSIMO

ET PRIMARIO STATVS

ADMINISTRO,

CATHEDRALIS ECCLESIAE MAGDEBVR-
GENSIS CAPITVLARI

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO

AC MAECENATI RELIGIOSISSIMO MENTIS

CVLTV PROSEQVENDO.

A 2

VIRO




V I R O
NON MODO IVRIS
TVM PVBLICI TVM CLIENTELARIS
TVM PRIVATI SCIENTISSIMO
SED ETIAM EORVM QVAE AD AERARIVM PERTINENT
CALLENTISSIMO
QUIQVE
VEL SAPIENTIA
VEL CVRA VIGILANTIAQVE
VEL EFFVSAE BENIGNITATIS VBERTATE
DE PATRIA OPTIME MERETVR
HOC
QVOD EST PERTENVE
OPVSCVLVM
SI VENIA DABITVR
DEDICARE AVDET
ET TAMQVAM SANCTISSIMI PIGNVS OFFICII
AC DEVOTISSIMAE TESTIMONIVM
OBSEQUENTIAE
NVNCVPATIS PRIVS MVLTIPLICATISQVE
PRO SALVTE EIVS
VOTIS


DEMISISSIME CONSECRARE

ESAIAS RVDOLPHVS DE BREIER.





SECTIO PRIMA
DE
IUDICIIS INFERIORIBVS ET SVPE-
RIORIBVS QVATENVS INSTANTIAE
VOCANTVR.



§. I.

ET SI magnam omnino vim atque aucto-
ritatem, vti fas est, sententiarum, a iudi-
cibus latorum, Germani esse voluerunt;
tantum tamen iudicum decretis non tri-
buerunt, vt ea veluti oracula, ex tripode
emissa, valerent, quae nullo modo
neque reuocari neque mutari possent. Tanto minus
vero hoc ferendum existimarunt, quanto magis studiosi
erant libertatis, quae vix patitur, vt pro iustis et legiti-
mis putari debeant, quae fortunis ciuium aduersae sunt,
et a lege iureque constituto discedunt.

§. II.

Bene igitur sapienterque ab omni iudiciorum aeta-
te, in quibus ciuiles controuersiae disceptabantur, apud
Germanos haec ratio constituta fuit, vt lites, tum rusti-
canorum, tum ciuium, tum equitum, quae alicuius
A 3 erant

erant momenti, prouocatione ad superiorem iudicem deferri possent, quod luculenter ex veterum Germanorum legibus et monumentis demonstrauerunt IOAN. NICOL. HERT *de consultationibus legibus et iudiciis in Germania* §. XVIII. et XXII. GEORG. LVDOVICVS BOEHMER *de prouocationibus iuris Germanici*, et CHRISTIANVS VLRICVS GRYPEN *observatione* I. capite I. §. II. p. 526. fq.

§. III.

Quae quum ita essent, fieri non poterat, quin vnusquisque, qui ius suum in iudiciis persequebatur, suae fortunae perfugium haberet in duobus minimum iudiciis, siue vt hodie loquimur, duabus gauderet instantiis; id quod etiam vsu per totam Germaniam seruari vno ore tradunt viri vsus forensis callentissimi. Quapropter operam perderem, si in re nota atque apud omnes peruulgata testes adhiberem.

§. III.

Inde factum est, vt ius hoc, quo constanter et perpetuo Germania olim vsa est, in ipsas imperii leges scriptas migraret, teste *ordinatione camerale* anno 1500 cccc xcv. promulgata, §. *item es soll cet.* et illa, qua res camerae iudiciaria anno 1515 lv. fuit constituta, parte II. titulo I. §. I. *Es soll auch demnach das Kayserliche Cammer-Gericht in erster Instantz oder Rechtfertigung cet.* Eadem verba leguntur in *conceptione ordinationis camerale* parte II. tit. I. §. I. p. 371. Hinc *recessus imperii* de anno 1515 clxliiii. §. cv. et clxviii. et *capitulatio caesaris Caroli VI.* artic. xviii. beneficium primae instantiae nemini auferendum esse, tam accurate

te

te praecipiant, vt nihil diligentius eas cautum voluisse videatur, quam vt a iudicibus sancte illud custodiatur.

§. V.

Iam primo omnium hoc nobis datum negotii est, vt vim potestatemque, et varias significationes vocis INSTANTIAE eruamus, et quae illi notio hoc loco subiecta sit, paullo accuratius exponamus.

§. VI.

Germanis aequae ac Romanis illud perplacuit institutum, vt actor forum rei sequeretur, hoc est, reum apud iudicem ipsius rei congruum siue competentem iuris experiendi gratia conueniret.

§. VII.

Quum vero iudex is competens dicatur, cuius iurisdictione proxime reus subiectus est, et a quo coerceri potest; ita iudicium, quod iudex congruus exercet, forum competens audit, hoc est conueniens et congruum.

§. VIII.

Inde itaque sequitur, vt, quum in controuersis alicuius momenti litigantes duo haberent fora, id est duas instantias (§. II.), iudex secundi fori non fuerit iudex competens eo tempore, quo litem actor ordiretur (§. VI.), siue, vt loquimur in prima instantia, actionem reo intenderet. Quoniam reus non est proxime subiectus iudici fori secundi.

§. VIII.

Veteres autem COMPETERE dixisse pro conuenire siue congruere, multis scriptorum locis comprobari potest. SVETONIO teste in *Octauio* cap. xxxi. hic adiurauit,

rauit, si cuiusquam neptium suarum *competeret* aetas, oblaturum se fuisse eam. Loquitur enim de Augusto, qui neptes illorum, qui hoc detrectabant, Vestae sacras deuouere voluit, si legitimam haberent aetatem, quae sacris Vestae conueniret. Hoc quoque sensu AVLVVS GELLIVS libro I. *noctium atticarum* capite I. secundum naturalem membrorum omnium inter se *competentiam* dixit. Competentiam enim hic nihil aliud, quam conuenientiam significare, nemo non videt.

§. X.

Quod forum veteres dixerunt, vbi nimirum aliquis in iudicium poterat vocari, illud recentiores instantiam nouo vocabulo a glossographorum forsitan turba et barbaria forensi, egregiis illis verborum architectis, inuen- to, denominauerunt. Scilicet ab instando nomen ductum est, eo quod actor vrgeret et quasi instaret apud iudicem, vt, quod actione petiuit, sibi detur.

§. XI.

BENEDICTVS quidem CARPZOVIVS, quem in re iudiciaria ducem habemus et principem, titulo IIII. articulo I. *processus iuris* n. 27. p. 117. quum per oppositionem separat primam instantiam a secunda, hanc notionem non recte videtur introspexisse, quoniam primam instantiam definiuit per litem, coram eodem iudice disceptatam. At vero aliud est ipsum iudicium, vbi controuersiam ordiri debet actor; aliud e contrario est continuatio seriesque litigii, coram iudice coepti. Vno verbo, CARPZOVIVS confundit diuersas ideas, quarum alia est: vbi actio intendenda? altera vero, qua iudicium proprie consideratur, quod est inter litis contestatio.

testationem, vt iudicii principium, et sententiam definitiuam, vt eius finem. Vnde vulgatum illud: iudicium a litis contestatione incipere, et in sententia definitiua desinere. HERMANNVS VVLTEIVS libro II. *iurisprudentiae Romanae* capite xxxi. p. 495. b.

§. XII.

Varia quoque et multiplex huius vocis significatio in legibus occurrit, quae prius excutienda est, quam ipsam complicatam notionem euoluamus. Acrem et assiduam flagitationem notat in L. xxxxiij. §. i. D. de *pignoratitia actione*, L. vlt. C. de *oper. publ.* Sic *instanter* petere MARCIANO idem est ac vehementer et magna cum contentione rogare in L. vn. D. de *libell. dimissor.*

§. XIII.

Nec multum de medio recedit altera eius significatio, qua idem iureconsultus *instantiam* accipit pro diligenti debiti repetitione et exactione in L. xxxii. D. de *vsuris*. Ita eadem notione, in L. vi. C. de *postliminio reuersis*, praeses prouinciae efficaci *instantia* compellere dicitur, et, in L. i. C. de *iureiur. propter calumn. sacramenti* timore contentiosam litigantium *instantiam* compescendam esse statuitur. Quin idem notat verbum *instare*, vti obseruat BARNABAS BRISSONIVS libro viiij. de *verborum, quae ad ius pertinent, significatione* col. 909. 910.

§. XIII.

Sed habet instantia adhuc alias significationes, et diuersas ab iis, quas memorauimus. Modo enim a lite distinguitur, quod liquet ex L. lxxxiij. §. ii. D. de *iudiciis*, modo denotat intentionem actori oppositam, siue

B

contra-

contradictionem rei, quo sensu accipitur IUSTINIANO in §. 1. Inst. de poena temere litigant.

§. XV.

Ait enim reum non aliter suis allegationibus in iudicio uti, nisi prius iurauerit, quod putans, se bona instantia uti, ad iudicium peruenerit.

§. XVI.

Sane quum antea sacramenti iure uterentur Quirites, et postea Iustinianus generale iusiurandum de calumnia inuenisset atque hoc in numerum iurisiurandi publici retulisset, teste THEODORO REGNERO DE BASSENN de iureiurando veterum capite IIII. §. XVIII. p. 232. 233. mens legislatoris haec esse videtur: reus iuret ex ANIMI SVI SENTENTIA. Nam omni iuriiurando publico haec verba praefabantur sollemnia: EX ANIMI (MEI vel TVI) SENTENTIA. Siquidem haec formula iuriiurando adeo erat propria, ut, obseruante IO. FRID. GRONOVIO libro IIII. obseruationum capite IIII. p. 223. verbum IVRO verbis conceptis addere, necesse non fuerit. Iurat igitur reus se bona uti instantia, hoc est, se neque temeritatis, neque mendacii esse conscium, siue, ut ANTONIVS CONTIVS ex suis manuscriptis adiecit: quod non calumniandi animo litem mouisset, sed existimando, se bonam causam habere; non se calumniandi animo exceptione usum, vel ad infitias iuisse, sed iuris sui opinione et fiducia fretum.

§. XVII.

Ipse THEOPHILVS antecessor vocem *instantiae* explicuit per τὸ συνειδὸς, conscientiam. Ita enim libro

bro

bro IIII. *institutionum* titulo XVI. §. I. p. 264. ὅτι νομίζων
 εαυτὸν ὀρθῶ συνείδει ἀντιλέγειν τῷ ἀκτῶρι; quod se putans
 bona conscientia actori contradicere. Vides ergo BE-
 NEDICTVM CARPZOVIVM hallucinari, quum par-
 te I. constitutione II. definitione XVIII. n. 6. p. 23.
 hoc §. *institutionum* instantiam, acrem et assiduam fla-
 gitationem significare, statuit.

§. XVIII.

Deinde iste loquendi modus in iure non insolens
 est, quod instantia de ipsa lite dicatur, seu potius con-
 textum et continuationem controuersiae innuat, in iudi-
 cium deductae, quando scilicet iudicium exercetur a
 litis contestatione vsque ad sententiam (§. XI.) BENE-
 DICTVS CARPZOV l. d.

§. XVIII.

Inde quoque est, vt iudicium ibi finiri debeat, vbi
 coeptum est, quia instantia non perimitur, licet reus
 domicilium lite durante mutauerit, vel mortuus fuerit.
 LVDOVICVS GVNTHERVS MARTINI in *commen-
 tario forensi* titulo XI. §. II. n. 48. sqq. p. 601.

§. XX.

Non subducta semper ratione sententias iudices
 ferre, quum non ignorarent Romani et Germani, pru-
 denti consilio noluerunt causas, praesertim grauiores,
 vno iudicio terminari, ne hoc fraudi litigantibus esset,
 ideoque iis dederunt prouocationes.

§. XXI.

Quin Germani adeo sollicite ciuium commodis
 prospexerunt, vt, prolata sententia, litigantes interro-
 gandos esse sanxerint: starene velint iudicio scabino-

rum, an illud rescindere? Moris hoc Francis et aliis Germaniae populis fuisse, colligi potest ex lege Caroli M. quae exstat in capitulari II. anni DCCCXV. §. VIII. apud STEPHANVM BALVZIVM parte I. p. 4. 25. 431. Confirmare hanc consuetudinem videtur auctor glossae ad librum II. iuris prouincialis Saxonici artic. VI. et ad caput LXX. iuris feudalis Saxonici, qui ita ratiocinatur: *nach unserm Recht soll immer der Richter einen Mann fragen, ob er nicht was wider das Urtheil sprechen will.*

§. XXII.

Sed huic sententiae alii intercedunt, et opinionem glossographi ex falsa prioris legis interpretatione profuisse aiunt. Vid. GEORG. LVDOVICVS BOEHMER de prouocationibus iuris Germanici p. 20.

§. XXIII.

Quoquo modo vero se res habeat, illud extra omnem controuersiam positum est in Germania litigantibus ius datum esse, sententiam latam improbare ante executionem, seu, vt appellant *blasphemare*. Vide capitulare III. ad legem salicam capite VI. leges Longobardorum L. II. tit. LII. §. XXIII. Vnde formula illa Germanica, *ein Urtheil schelten*, item *ein bescholten Urtheil*, admodum sollempnis in legibus Germanicis. Ius prouinciae Saxonicae L. II. artic. VI. XII. et XIX. ius prouinciae Alemannicae capite XCVII. Blasphemare vero seu vituperare sententiam nihil aliud est, quam improbare et veluti iniquam reiicere. GEORG. MELCHIOR DE LVDOLF quidem *observatione forensi* CCXCII. deducit vocem *schelten* a vocabulo *schuld*, ac si
senten-

sententia non esset sine vitiis, *unschuldig*; at vero *schelten* idem notat, ac improbare sententiam.

§. XXIII.

Quod si fieret; vel recognitionem controuersiae petebant ab eodem iudice, vel superior iudex appellabatur, adeoque primus siue inferior iudex, a quo provocatum erat, iudex primae instantiae vocabatur, siquidem coram eo controuersia per modum, vt in foro loquimur, simplicis querelae, hoc est, vbi lis aut processu, vt vocant, citationis, aut per modum mandati pertractata fuit.

§. XXV.

Hinc quoque iudex immediate superior, qui appellabatur, nomen secundae instantiae tulit.

§. XXVI.

Inde quibus facile intelliget formulas, quibus camera imperii, priusquam, appellationem legitimam esse, statuit, vti consuevit, v. g. *noch zur Zeit abgeschlagen, sondern soll an den Richter voriger Instantz . . . geschrieben werden.*

Item: *sind, auf eingekommenen Bericht und Gegenbericht, die gesuchte Appellations-Processse abgeschlagen, und die Sache an den Richter erster Instantz dergestalt remittiret, cet.*

Porro: *abgeschlagen, und mag Supplicans Principal, ob er will, bey Richtern voriger Instantz seine Nothdurft gebührend an- und vorbringen, cet.*

Similiter: *noch zur Zeit abgeschlagen, sondern solle . . . dem Richter voriger Instantz um Abstattung seines Berichts . . . zugeschrieben werden.*

B 3

Itidem:

Itidem: auf Bericht und Gegenbericht wird - - - anstatt gebethener Appellations-Processse der Richter voriger Instantz dahin erinnert, cet.

§. XXVII.

Aeque in caussis mandatorum haec formula vltuenit: v. g. noch zur Zeit abgeschlagen, sondern, wofern Supplicant, daß seiner Principalin Ehemann die von Richtern erster Instantz ihm auferlegte Abbitte, cet.

§. XXVIII.

Forum competens etiam per formulam gehöriger Orten indicatur, v. c. abgeschlagen, sondern mag Supplicant, ob er will, seine Nothdurft gehöriger Orten suchen, vel: mögen Supplicanten, ob sie wollen, ihr Begehren gehöriger Orten anbringen.

§. XXVIII.

Moris est in quibusdam Germaniae prouinciis, vt plus quam duae instantiae sint constitutae. Quod non numquam probari debet in camera, v. g. noch zur Zeit abgeschlagen, sondern, wofern Supplicant, daß die von seinem Principalem von dem ersten Urthel ad principem ergriffene Instantz ein rechts beständiges remedium appellationis gewesen, beybringen, cet.

§. XXX.

Quod si plures existant instantiae, distinguendum erit inter instantiam primam et proximam. Oportet tunc iudicem probe discernere in sententia, quam fert, primam a proxima: daß in nächster Instantz wohl (oder übel) gesprochen, vel: daß in nächster Instantz übel gesprochen, derowegen es bey dem Urthel erster Instantz billig zu lassen. IOANNES HENRICVS nobilis dominus

DE

DE BERGER titulo xxxv. obseruatione viii. p. 879.
in *electis disceptationum forensium*.

§. XXXI.

En igitur fundamentum, quo nititur peruulgata et quotidiano vsu forensi satis trita exceptio primae instantiae, quae eo pertinet, vt causam apud inferiorem iudicem nondum disceptatam esse constet, et male controuersiam ab actore ad iudicem superiorem translata.

§. XXXII.

Romani hanc exceptionem fori praescriptionem dicere consueuerunt, quia, si forsitan reus ad incongruum iudicem citatus fuisset, hanc a limine iudicii et ante omnia opponebat. CAROLVS BRETVS *de ordine per- antiquo iudiciorum ciuiliu* capite xxiii. p. 66.

§. XXXIII.

Hinc reus ad forum congruum remitti debet a superiore iudice (§. viii. xxviii.), et tunc a iudice secundae instantiae pronuntiatur: *daß die Sache noch zur Zeit anhero nicht gehörig*, QVINTVS SEPTIMIVS FLORENS RIVINVS in *enunciatis iuris* titulo xi. p. 410. Hoc ubi contigerit, ferente ita fori consuetudine, actor, qui reo praecipuum illud primae instantiae eripere uoluit, in expensas condemnatur, LÜDERVS MENCKEN in *tractatione synoptica processus* titulo xi. §. vi. IOANES PHILIPPVS titulo xi. consideratione iiii. in *ordinationem processus Saxonici* n. 6. p. 170. Longe aliter se res habet, si actor reum in iudicium incompetens sine vetisum vocauerit, quia tunc tota cadit causa.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Iam non est, quod quis quaerat, cur is, qui patrimoniam habet iurisdictionem, interueniendo, primae instantiae exceptionem vrgere possit, si reus hoc facere neglexerit, vti auctor est IOANNES HENRICVS nobilis dominus DE BERGER titulo XI. *electorum disceptationum forensium* obseruatione I. nota II. p. 301. Anne iure optime constituto et a maioribus accepto satis munita est? Num quid moribus suis indignum faciunt Germani, quod beneficium primae instantiae tanto studio saluum et integrum esse velint? quo nihil libertati, quam affectabant, conuenientius, et nullum sanctius seruatum est veteribus. Antiquum quoque morem sapit, quod iudex ex officio hanc exceptionem saepe numero supplere soleat, quod rerum iudicaturum auctoritate comprobauit laudatus BERGER l. d. p. 302.

§. XXXV.

Quocirca suprema imperii tribunalia de causis subiectorum ordinibus non ante cognoscunt, quam, primam instantiam rite obseruatam fuisse, constet (§. xxviii.). Multo minus illi, qui subditi parent regni ordinibus, primae instantiae renuntiare possunt et suprema statim adire regni iudicia. Tantum itaque abest, vt illa, de quibus modo dixi, iudicia hoc casu eiusmodi controuersiam tractare possint, si reus neglexit, se tueri primae instantiae exceptione, vt potius, si hoc faceret, infirmaretur priuilegium de non euocando, quo pollent ordines imperii. IOACHIMVS CHRISTIANVS COCH in *praxi fori Germanici* parte I. capite v. §. II. III. p. 86.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Si vero euenerit, vt princeps imperii, qui ab alio reus est citatus coram supremo imperii tribunali, posthabuisset primae instantiae exceptionem, tunc huic renuntiasse eum, statuunt illi, qui vsus forensis sunt calentes. DAVID MEVIUS parte II. decisione CCCLXXVI.

§. XXXVII.

Ex iis, quae haecenus disputata sunt, facile, opinor, intelligi potest, instantiam hoc loco nihil aliud denotare, quam forum, cui reus proxime est subiectus, et causae, in eo tractatae, disceptationem.

Sex modis forum intelligi, auctor est SEXTVS POMPEIUS FESTVS *de verborum significatione* p. 290. quarum vna praecipue hanc attingit disputationem, quum pro iuris loco siue iudice accipitur. Nam Romae iudicia in foro exercebantur, ideo forum pro actu causarum et disceptatione litium, quae ad ius pertinebant, sumitur. Adde *iurisprudentiae Romanae et Atticae* partem I. col. 1510. et PHILIPPI A TURRE *dissertationes* p. 40. Tria potissimum Romae fora erant clara, alterum Romanum seu primum seu Latinum, alterum Iulii Caesaris, alterum vero Augusti. Hinc MARTIALIS:

Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso.

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Vide CAROLVM BRETVM l. d. capite V. p. 15. et BARNABAM BRISSONIVM l. d. libro VI. col. 714.

§. XXXVIII.

Nostrum vero erit obseruare, instantiam vario sensu venire. Nunc enim instantia vsurpatur ab interpretibus pro exercitatione, agitatione et obseruatione iudicii, quae fit a litis contestatione vsque ad latam sententiam, duratque in causis quidem ciuilibus ad triennium, in criminalibus vero ad biennium. AV-

C

GVSTI-



GVSTINVS BARBOSA in *collectaneis in codicem*
p. 336. sq.

§. XXXVIII.

Haec instantia plurimum differt a causa et iure ipso partis. Sic recte dicimus, perempta licet instantia, non tamen esse extinctam ipsam causam neque omne iudicium, quod ad illam attinet causam, quo minus de nouo tractari possit, sed tantum illa tela iudicii, quae semel quasi abrupta est, perit, et pro non facta habetur, verbi gratia, si actor male vel inepte conceperit libellum, reus absolvitur quidem ab instantia iudicii, sed non perimitur per id, neque extinguitur ius partis, et ipsa causa; quin aliam instantiam possit actor fabricare, et quasi nouam exordiri telam, dummodo sarserit reo impensas, in priori iudicio sua culpa factas. Ipsi enim adscribi debet, quod libellum melius non formauerit.

§. XXXX.

Clariora haec reddet sententia, quae legitur in RA-
PHAELIS SEILERI parte I. *der Cammer-Gerichts Bey-
und End-Urtheile* p. 274.: *ist ex officio erkannt, daß durch
Absterben des beklagten Landgraven I. die Instantz dieser
Rechtfertigung gefallen, derhalben L. T. sein jüngst ge-
schehen Begern als unnöthürftig abgeschlagen, und wollen die
Partbeyen der Restitution halben einander rechtens nicht er-
lassen, mögen sie solches an gebührenden Orten ausführen.*

§. XXXXI.

Quae omnia aliter se haberent, si causa ipsa, siue
ius partis, esset peremptum per sententiam. Tunc enim,
obstante exceptione rei iudicatae, non daretur de ea-
dem

dem re aliud iudicium. CVNRADVS RITTERSHV-
SIVS parte VIII. capite III. p. 497. *iuris Iustiniani.*

§. XXXXII.

Nunc vero instantia ipsam indicat causam, quam peremtam esse, pronuntiatur: *daß die Instantz durch beyder gemelter Partheyen Absterben gefallen.* CHRISTIANVS BARTH in libro, quem vocat *Bescheid und Urtheil des Kayserlichen Cammer-Gerichts* p. 873. item p. 662.: *daß die Instantz durch den - - - fürbrachten Vertrag und beschebene renuntiation litis gefallen, und ermelte Appellanten von Ausgangener Ladung ad reassumendum causam zu absolviren und zu erledigen, cet.* Sic is, qui reus est fractae pacis publicae, quam primum moritur, eatenus instantia quoad poenam proscriptionis dicitur extincta. Docent hoc sententiae, quas congregavit RAPHAEL SEILER d. I. parte II. p. 484.: *ist nach allem fürbringen auch zu recht erkannt: daß die Instantz, so viel weiland Marggraf K. belangt, durch dessen tödtlichen Abgang gefallen, cet.* Idem legitur iudicatum in simili controuersia l. d. p. 637.: *daß die Instantz durch tödtlichen Abgang gedachts Herrn X. Grafen zu I. gefallen sey, und daß die Partheyen der Beschädigung und Interesse haben an diesem Keyserlichen Chammer-Gericht - - - vollsahren sollen.*

§. XXXXIII.

Nunc denique instantia hanc habet significationem, vt de causae, a iudice inferiore ad superiorem per prouocationem deuolutae, vltiori disceptatione dicatur.

C 2

§. XXXXIII.



§. XXXXIII.

Vix opus est moneri, sponte enim liquet, posteriori sensu sumtam instantiam huc tantum pertinere.

§. XXXXV.

Inualuit error in foro, sicut multa alia in eo perperam fiunt, vt talis instantia, qualis in vltimo, de quo (§. xxxiii.) locutus sum, significatu, offenditur, adesse credatur, si nempe remedium suspensiuum coram eodem iudice, qui sententiam tulit, interpositum sit, quod eo fine comparatum est, vt vitiis sententiae, de quibus alteruter vel vterque litigantium conqueruntur, medela adhibeatur, adeoque noua et aequior sententia feratur.

§. XXXXVI.

Ita enim instantiam appellant, si quis remedio leu-
terationis, vel reuisionis, vel supplicationis, vel querelae
nullitatis, vel beneficio transmissionis actorum vtatur.
Vid. GEORG. ENGELBRECHT in *compendio iuris-
prudentiae* p. 878. Sed iam recte obseruarunt IOAN-
NES HENRICVS nobilis dominus DE BERGER in
oeconomia iuris libro IIII. titulo I. §. II. aliique, non nisi
inepte vsum huiusmodi remedii instantiam vocari, quia
caussa ad alium iudicem non transfertur. Nam per
causae recognitionem, quam modo leu-terationem, mo-
do supplicationem, modo reuisionem, modo restitutio-
nem, modo nullitatis dictionem vocant, nouus non con-
stituitur iudex, sed eadem instantia continuatur, quan-
doquidem, vel transmissis ad iurisconsultos actis, hi no-
mine iudicis eiusdem litem decidunt.

§. XXXXVII.

§. XXXXVII.

Varie porro instantiam vsus forensis periti diuidunt. Talem enim adesse volunt, quando superior iudex aditur, et coram eo lis eius decidendae gratia, tractanda suscipitur. DE BERGER in *oeconomia iuris* libro IIII. titulo I. §. II. p. 909.

§. XXXXVIII.

Alia ratione instantiam vocant, quando a citatione litigium incipere dicitur vsque ad litis contestationem, arg. L. LXXIII. §. I. D. *de iudiciis*, quam *instantiam citationis* vocant.

§. XXXXVIII.

A qua diuersam faciunt *instantiam iudicii* (§. XXXVIII), quae est persecutio causae a litis contestatione vsque ad sententiam definitiuam, arg. L. XIII. §. I. C. *de iudiciis*. IOANNES HENRICVS nobilis dominus DE BERGER I. D. BARTHOLOMAEVS LEONHARDVS SCHWENDENDOERFFER *ad Fibigium* p. 173.

§. L.

Enim vero nihili et tam parum solida haec distinctio videtur summo olim iureconsulto IO. SCHILTRO in *exercitatione ad D. XIII. §. IIII.*, vt eam ex ignorantia ordinis disceptandi in iudiciis Romanorum ortam, et contra analogiam iuris Romani inuectam esse, existimet.

Quaerunt interea iuris interpretes: num, circumducto edicto, cum reo amplius experiri queamus? an vero ita salua sit lis, vt instantia edicti tantum perierit? Et videtur, instantiam tantum perire, et ex integro posse litigari, L. LXXIII §. II. D. *de iudiciis*. Nam quum actor abest, qui edictum impetrauerat, eremodiciu nullo modo contrahitur, neque ex parte actoris, neque ex

parte rei, sed instantia tantum perit actori, quia haec, ut dixi, nihil est aliud, quam litis persecutio. Is autem litem desinit persequi, qui ipso cognitionis die abest, quo maxime die erat instandum, ut de causa cognosceretur et pronuntiaretur. Ergo quum edictum peremptorium ob id circumducitur, quod actor ad diem non venerit, instantia quidem edicti perit, sed salva lis adhuc est, ut possit ex integro litigari, hoc est, ut impetretur edictum aliud, ceteris, quae ad litis praeparationem et ordinem praecesserant, in sua manentibus causa. ANTONIUS FABER libro V. titulo I. *rationalium ad D. p. 96. sq.*

Illi, certo, qui hanc L. LXXIII. §. II. D. *de iudiciis*, primis, ut dicitur, labris gustant, hanc litem non component. Etenim is, qui litem, contestatione semel inchoatam, deserbat, dicebatur eremodicium contrahere. Citabatur ille ter et quidem legis voce. Cui trinae citationi successit noua trium edictorum forma, quibus citabatur reus per singula, qui si praesentiam sui facere detrectasset, ob desertam litem contestatam damnabatur, summam re cognita et definitiua sententia, ita quidem, ut postea volenti agere, denegaretur iurisdictio. Aliter tamen se res habet, quum circumductum esset edictum, prout auctor est VLPIANVS dicta lege.

§. LI.

Quidquid demum sit, frustra disputabis hodie die de hac instantiae distinctione, quum lege imperii publica, quam *ordinationem camerae* vocamus, et quidem parte III. titulo XXXII. §. II. ea reperitur et in *conceptione ordinationis camerae* parte III. titulo LI. ubi absolutionem ab instantia, eaque vel iudicii, *dem Gericht-Stand*, vel citationis, *der Ladung*, contra contumacem a iudice petere licet: *erstlich, so der Kläger - - - in termino citationis nicht erscheinet, so mag des Antworters - - wegen des Klägers Ungehorsam beklagt, darauf - - - sich von der Instanz, dem Gericht- Stand, oder von der Ladung - - - ledig zu erkennen, cet.* Item legitur titulo LIII. §. I.: *und mag der Appellat in dem Fall, da er sich*
von

von ausgehener Ladung zu absolviren bitten will, cet. Similia ratione huius distinctionis habes titulo XXXIIII. partis III. §. XIII. et titulo XXXV. §. III.

I. An si mortuus esset reus durante appellationis instantia: an sententia erit ferenda in causa appellationis propter damna factasque litis impensas? Id quod recte affirmat ANTONIVS FABER libro III. *codicis Sabaudici* titulo XII. definitione I. p. 306. (§. XXXXII.)

II. Quid vero si durante iudicio de appellatione deserta lis sit, et is, qui appellavit, post contestatam litem cederet vita? Et haec quaestio itidem affirmanda erit, quoniam transire solet instantia post contestatam litem, L. XVIII. XXXI. XXXIIII. D. *de iudiciis*.

III. Si quis vero constitutus procurator in ea instantia, quae per sententiam latam finita est, et ob aestimationem impensarum, a iudice factam, fuerit prouocatum, et postea de appellatione deserta illi, qui appellavit, actio intendatur, procurator nouo opus habet mandato, quia noua adest instantia. In primis quum in desertae appellationis instantia non agitur iustane, an iniusta fuerit appellatio, sed tantum, an sit deserta, nec ne? ANTONIVS FABER l. d. libro II. titulo VIII. definitione XXXII. p. 123.

§. LII.

Iudicium, in quo causa, per prouocationem deuoluta, pertractatur, secunda recte dicitur instantia, vti paullo ante (§. XXXXIII.) vidimus.

§. LIII.

Sed saepe numero vsuuenit, vt instantia appellationis, quae proprie secunda est, prima quoque sit, ratio scilicet prouocationis. Nam si quis cum mandatario meo, me ignorante egisset, atque hic cuncta, quae actor allegauerat, vera esse confessus fuisset, adeoque iudex eum condemnauisset, et prouocatione facta, iudex appellationis bene iudicatum dixisset; tum mandata-

rius

rius mandati actionem mihi intendisset contrariam. Ego indemnitatis praestandae causa appellauissem senatum ob posteriorem sententiam, contra mandatarium pronuntiatam, rogassemque, ut negationes, quas mandatarius in prima instantia fecisset, mihi prodesse, confessiones ne nocerent. De illo maxime dubitabitur: vtrum eo iure censei deberem, ut *primam* exercere viderer *instantiam*, an ut *tertiam*? Ita fit, quod mirari quis possit, ut et habear pro appellante, et primam tamen instantiam videar exercere. Consule ANTONIVM FABRVM in *codice Sabaudico* libro IIII. titulo XIII. definitione LIII. p. 321. NICOLAVM CHRISTOPHORVM L. B. DE LYNCKER *de grauamine extraiudiciali* capite I. sectione II. p. 14. sq.

§. LIII.

Quemadmodum vero instantia hoc loco nobis dicitur, si disceptatio causae, apud inferiorem iudicem tractatae, ad superiorem transfertur: ita quoque ut ea adesse possit, iudicium alterum alteri praecedere debere, vnusquisque intelligit. Itaque tot dantur instantiae, quot sunt iudicia constituta alia aliis maiora, ad quae aditus patet. Iccirco necesse haud est, ut causa trinae semper appellationi subiaceat. Nam si lis agitur coram magistratu Saxonico, quem vocant amtsassium, tum potest appellari praefectus, ab hoc prouocare licet aut ad prouinciae regimen, aut ad curiam prouincialem, si res ita fert, et denique ab hac ad principem. Quod si autem prima instantia fit in curia prouinciali, vnica tantum locum habet appellatio.

§. LV.

§. LV.

Ex quo originem duxerunt distinctiones instantiae primum in mediatam et immediatam, dein in primam, mediam et supremam, vel *Unter-* vel *Mittel-* vel *Ober-Instantz*, tum in primam, secundam, tertiam et quartam, vel in secundam et proxime secundam. Hinc etiam libellus diuiditur vel in eum, quo utimur in prima instantia vel in secunda. Vide GOTTFRIDI BOENIGKII *practicam* capite v. p. 22. et GOTTFRIDI BARTHII *hodegetam forensem* capite i. §. LXXII. p. 380.

Vt res clarior fiat, loquar ex ore CHRISTOPHORI LANGII capite XXXIII. *isagoges ad processum iuris ciuiliis et Saxonici* n. 208. sqq. p. 550. sqq.: Cum vero (inquit) pro diuersitate territoriorum, magistratum, iudicum, subditorum caussarumque diuersae saepe instantiae introductae sint, ASIN. in *prax. iud. prooem. cap. 3. n. 14.* praecise sunt vbique attendendae, quia sunt beneficia partium litigantium, quibus iniquis adimi non possunt c. *peruenit 39. caus. ii. qu. i. Landes-Ordnung rubr. daß niemand unersucht der ordentlichen Gerichte, vor welche die Sache gehörig, ohne Mittel-Klage an unsern Hof gelangen lasse*, RAVCHB. *part. 2. qu. ii. n. ii.* VULT. *ad lib. i. n. 159. C. de iurisdic.* et est forum competens aliud *inferius*, *Unter-Gericht*, in quo quis in prima instantia iuri stare cogitur, aliud *subalternum*, quod vulgo *die Hauptfabrt oder Hauptgericht*, aliud *superius*, vt sunt communiter curiae principum et prouinciales *die Hof-Gerichte*, ad quas appellatur a subalternis iudiciis, *von den Hauptfabrten*, HILTROP. in *proc. iud. part. i. tit. 2. n. 15.* quibus CARPZ. *lib. 2. resp. ii. n. 2.* addit quartum iudicium *appellationum* Dresdense in prouinciis electoratus Saxonici, in aliis vero prouinciis iudicium aulicum caesareum, *der Reichs-Hof-Rath*, et camerae imperialis, *des Heil. Röm. Reichs Cammer-Gerichte*. Reus itaque coram inferiore iudice in prima instantia conueniri debet, alias conuentus *exceptione primae instantiae* siue iudicis in illa instantia incompetentis scruari valet, veluti contra subditos nobilium vel ciuitatum ambfassarum, praefectarum iudices non sunt adeundi, multo minus cancellariae, vel curiae electorales, aut supremum caesareum,

D

vel



vel Saxonicum appellationum iudicium; sicuti nec subditi schriftfasserum neglecto iudicio nobilium vel ciuitatum in curiis prouincialibus, vel coram serenissimo electore aliaue cancellaria in prima instantia conueniuntur, ne scilicet confundantur iurisdictiones et beneficium appellationis reo praecedatur.

Et porro: Ordinariam enim iurisdictionem non modo princeps per senatum aulicum et curias prouinciales, vt et in praefecturis, *in denen Aemtern* per capitaneos et quaestores siue praefectos, *die Hauptleute, Schösser und Amts-Verwalter*, qui nomine principis iustitiam administrant in praefecturis sibi commissis ac concreditis, immediate exercet, sed et obtinuerunt illam iudices ac magistratus, qui vel schriftfasser vel amtsfasser sunt, et rursus vel nobiles vel ciuitates municipales, iure nimirum feudi, locationis conductionis, emtionis-venditionis, alioque titulo, vt hinc merito dicantur iudices ac magistratus. Sunt autem *schriftfasser*, *Schriftfassen* oder *Cantzeleyfassen*, quibus princeps aut eius cancellaria imperitat; *amtsfasser* vero, *Amtsfassen*, qui praefecturis subiiciuntur. KNICH. *de iure Saxon. verb. ducum cap. 6. n. 23.* GODOFR. ANTON. *disp. feud. concl. 4.* IOACH. CLVTEN. *dissert. rer. quot. concl. 26. lit. k.* WEHNER. *obseruat. pract. verb. Amtsfassen.* BESOLD. *ibef. pract. verb. Amtsfassen, et verb. Schriftfassen.*

§. LVI.

Comprobant, quae dixi p. 25., formulae sententiarum, quas camera pronuntiauit, colligente illas RAPHAELE SEILERO parte II. p. 378. verbi causa: „decernimus „in *proxima secunda* instantia, coram cancellario et consiliariis episcopi M. habita, bene appellatum, et a villico et scabinis M. *primae instantiae* iudicibus, bene iudicatum et male appellatum, et p. 561.: *daß durch Richter* nechst-vorgehender und erster Instantzien *übel geurtheilet*, wol davon appelliret, und die Urtheil in zweiter und dritter Instantzien zu confirmiren. Aliam formulam edidit CHRISTIANVS BARTH in den *Urtheiln und Bescheiden des Keyserlichen Cammer-Gerichts* p. 200.: *daß durch*

durch Richter nechst vorgehender Instantz *übel geurtheilt* - - und die Urtheilen in zweyter und dritten Instantzien zu - - *bestettigen seyen.*

I. Post quatuor pluresue instantias leuteratio vel simile huic remedium adhuc admittitur, quia L. vn. C. *ne liceat in vna de instantiis coram eodem agit iudicio*, IO. PETR. DE LVDEWIG libro I. *consiliorum Hallensium CCCXXVI.* n. 4. col. 999. vol. II.

II. Quae de imminuendo iudiciorum inferiorum numero et multiplicatis instantiis camerae iudicium anno cdo 1303 commonefecit, leguntur parte II. *actorum comitialium* IOAN. GOTTFRIDI DE MEIERN libro VIII. §. III. p. 151.

§. LVII.

Quod reliquum est, sub finem huius sectionis adhuc commonefaciendus es lector, quod, quum instantia olim post certum temporis decursum expiraret (§. xxxviii.), fatali quoque termino, vti alia forensia negotia, circumscripta fuit. Iure enim ciuili in caussis ciuilibus triennium instantiae praefinitum erat, adeo striete seruandum, vt ne partium quidem mutuo consensu prorogari posset per L. XIII. C. *de iudiciis* et L. III. C. *vt intra certum temp.* OSWALDVS HILLIGER libro xxvi. capite II. p. 1386. *Donelli enucleati*; in primis IO. IAC. WISSENBACH p. 144. sqq. *commentationum ad codicem* libro III. titulo I. Sed hoc fatale instantiarum vsu haud seruari, neque instantiae tempus triennio in foris Germaniae terminari, testantur IOACHIMVS MYNSINGER centuria II. *obseruatione xxxviii.* p. 104. ANDREAS GAILLIVS libro I. *obseruatione cxxviii.* n. 3. p. 222. BENEDICTVS CARPZOVIVS parte III. *decisione ccxviii.* n. 9. et 10. NICOLAVS CHRISTOPHORVS L. B. DE LYNCKER *de grauamine extraiudiciali* capite VII. parte II. §. XXI.



p. 639. n. 4. Adde DOMINICI cardinalis TVSCHI
practicarum conclusionum partem III. conclusione CCII.
col. 300.

§. LVIII.

Vtrum vero recte hic sequamur ius canonicum,
quod ius ciuile correxit et fatale instantiarum abroga-
uit, alii viderint. Satis enim ex eo apparet, pontificem
hic nihil aliud egisse, quam vt lites aeternae et immor-
tales essent, quidquid dicant iuris canonici interpretes,
vti praeclare hoc animaduertit IVSTVS HENNING
BOEHMER in *iure ecclesiastico protestantium* libro II. ti-
tulo I. §. XIII. p. 976. sq.

I. Neque negligendum videtur discrimen, quod ratione pri-
mae atque secundae instantiae apparet. Nam perempta prima in-
stantia, perimuntur dumtaxat acta, sed non extinguitur ius par-
tis. At appellationis instantia perempta, omne ius partis interit
et perimitur. HERMANNVS VVLTEIVS volumine III. *confi-
liorum Marburgensium* XXVIII. n. 103. p. 342.

II. Sed ad quem pertinere crederes mulctam, quam iudex
instantiae superioris irrogauit ciui cuidam, v.g. de arboribus fur-
tim caesis. Et scias, velim, eo casu, quo cognitio causae ad in-
feriorem pertinet iudicem, huic utique competere mulctam, quam
superior prouocanti dixit, quoniam nemo priuari debet fructi-
bus, qui ex inferiore proueniunt iurisdictione, *consilia Hal-
lensia* volumine II. libro I. conf. XXV. n. 23. sq. col. 110.

III. Aliud est absolui ab instantia, aliud iterum absolui ab
actione. Illud si fit, non perimitur causa, nec perit ius partis,
quin potius actor denique potest reo actionem intendere, idemque
tunc est, ac si actor et reus de hac causa antea numquam in lite
fuisset versati. Vbi vero iudex reum ab actione absoluit, ibi,
nisi iudex appelletur superior, actio perit, oriturque rei iudicatae
exceptio. WOLFGANG. ADAM. LAUTERBACH volumine III.
consilio CCCI. n. 7. p. 887.

III. Iure Romano nemo, nisi superior iudex appellabatur.
Idem Germani quoque obseruarunt. Complures tamen vel ex
consuetudine vel ex priuilegio ad parem poterant prouocare, id-
que

que vi iuris, quod vocabatur modo *der Zug*, modo *curfus*, modo *der Oberhof*. Ita non nulla oppida et vici prouocare poterant Wimpinam, alia Bremam, partim Mindam, alia Dauentriam, quaedam Halberstadtium, aliqua Spiram, alia Henacam, alia Berolinum, alia Coloniam Vbiorum, alia Lubecam, alia Magdeburgum, alia alio. Vide CHRISTIANVM VLRICVM GRVPEN *obseruatione II. §. XXIII. p. 758. sqq.* et V. C. IO. ADAMVM KOPP, pereruditum ac mea quidem sententia, vnum omnium maxime scitum et dilucidum iurium patriorum explanatorem p. 234. in praeclaro *historiae iuris* opere.

V. Dixi igitur de variis instantiae significatibus. Quibus patet, quod instantia, sicut intentio, aliquid *valde* in suo notet genere. Sed, quemadmodum ICTis *intentio* quamlibet petitionem propositam indicat; ita *instantia* pro quavis lite mota siue pro intentione caussae, in iudicium deducta, sumitur. Quare bona uti instantia, iustam petendi causam notare videtur. (§. XIII.)

Quum ergo per oppositionem eius instantiae, de qua nunc ego fui locutus, alio significato, eoque etiam frequenti, instantia nihil aliud est, quam iudicialis tenor singularum caussarum, adeo ut lis ipsam petendi causam et vim, instantia vero motum eius in iudicio significet. Quamobrem in vno litis processu plures cumulari queunt instantiae, quando nimirum diuersae intentiones, quarum singulae peculiarem litem formare possent, in eodem cumulantur libello. VLRICVS HVBER *praelectionum ad D. libro V. titulo I. §. XXVII. p. 186. sq. (§. XVIII.)*

VI. Quae sit ratio iudiciorum primae atque secundae instantiae in prouinciis Brunsvicensibus et Luneburgicis, explanauit ESAIAS PVFENDORFIUS parte I. capite III. §. XX. et XXI. *introductionis in processum civilem electoratus Brunsvico-Lüneburgici p. 26. sqq.*



SECTIO SECVNDA
DE
PRINCIPVM BENEFICIO PRIMAE IN-
STANTIAE SIGILLATIM.

§. LVIII.

REVERTIMVR iam ad id, cuius caussa potissimum haec disputatio suscepta est, nempe beneficium primae instantiae, quod maiores nostri tanto favore dignum iudicarunt, vt illud nemini neque directo, neque alio modo auferri permetterent.

I. Quae dixi, nituntur legum auctoritate. Nam capite V. §. LVI. *instrumenti pacis caesareo-Suecici* ita legitur: „cetera in „aulico, non minus, quam in camerae imperialis iudicio priuile- „gium *primae instantiae*, austraegarum iura et priuilegia de non „appellando statibus imperii illibata sunt, nec per mandata aut „commissiones, aut auocationes, aut quouis alio modo turbantor. Idem sancitur et §. CV. recessus imperii de anno c1o lcc lxxii. et §. CXVI. et §. CLXVIII.

Simile cauetur a Ferdinando III. quum rem iudicariam senatus imperatorii constitueret, titulo II. §. II.

Quapropter principes imperii in libello supplici anno c1o lcc xxxxi. conscripto, quique legitur in illustris IOAN. GOTTFRIDI DE MEIERN *actis comitialibus Ratisbonensibus* volumine II. libro VIII. §. II. p. 9. vrgent, vt primae instantiae beneficium sibi saluum maneat et incolume.

Et quum non nulla de iis, quae ad rem iudicariam senatus imperatorii pertinent, commonefacienda ducerent ordines, voluerunt, ne in arbitrio tribunalis imperatorii poneretur, de primae instantiae beneficio ex suo arbitratu decernendi. DE MEIERN d. l. p. 106. libro VIII. §. II.

Quumque anno c1o lcc xxxxi. proceres de constituenda re iudicaria senatus, qui in caesaris aula congregatur, deliberarent; haec monuerunt: *wurde erinnert, daß durch diese Clausul die Stände nicht wenig dürften graviret werden, denn da sie iederzeit beweisen solten, daß sie die erste Instantz der Austraegarum hergebracht*

bracht hatten, würden - - viel Kosten und Zeit darauf geben. Weren deswegen die Reichs-Constitutiones zu observiren, und also bald die Sache an ihre gefreyete Richter zu verweisen.

In eodem §. : wolte man dafür halten, daß die Worte: oder sonstn bewegliche Ursachen vorhanden, auszulassen, weiln es sonstn das Ansehn haben möchte, als wenn es arbitrarium und in des Iudicis Gutbefinden stünde, die Sachen in illa instantia anzunehmen oder nicht. DE MEIERN d.l. libro XI. §. III. p. 273.

Et libro eodem §. X. p. 338. : weiln dann das Wort sonderlich den Verstand machen könnte, als wenn in andern Sachen, und die nicht in prima instantia am Reichs-Hofrath gehörig, dergleichen auch zulässig, und aber solches der Ständen privilegii primarum instantiarum zuwider; als halten die Churfürstl. Räte und Gesandten davor, daß das Wort sonderlich ausgelassen - - werde.

Deinde libro XII. §. III. p. 416. : das Kayserliche Cammer-Gericht zu erinnern, daß die instantie primae et austraeagarum bey Erkennung der Processen fleißig beobachtet, cet.

Ex his nemo non perspicit, quantas regni ordines curas et cogitationes in servandum primae instantiae beneficium semper contulerint. Commonstrant etiam, quae dixi, monita ordinum de supremi tribunalis imperatorii Viennensis naevus apud HENRICVM AB HENNIGES parte I. meditationum ad instrumentum pacis Westphalicae mantissa II. p. 778. : werden Churfürsten, Fürsten und Stände ebenfalls quisque pro se dociren und probiren, wie vielfältig wieder den Inhalt dieses §. 2. sie beschweret, und die wohl hergebrachte privilegia ersterer Instantz, iura austraeagarum und dergleichen infringiret, cet.

Idem reperitur inter querelas ordinum communes, quas anno c1o 1000 xi. publice proposuerunt. Quocirca Carolus VI. imperator §. XVI. der verbesserten Reichs-Hofraths-Ordnung anno c1o 1000 xiii. ita fanciut: weniger nicht privilegia austraeagarum et primarum instantiarum, den Reichs-Satzungen nach, genau beobachten solle, damit dagegen - - - hinfübro keine Beschwerde mit Grund der Wahrheit könne geführet werden. Vide IO. FRID. PFEFFINGERI Vitruarium illustratum libro IV. titulo VII. §. XXIX. p. 649.

II. Testificantur viri vsus forensis callentissimi de primae instantiae beneficio, voluntque, vt quilibet iudex, ne id negligatur, obseruet. Honoris causa nominentur IOANNES BALTHASAR L. B. DE WERNHER in supplementis ad partem I. selectarum

rum observationum forensium CXXXV. n. 56. BENEDICTVS CARPZOV. processus titulo III. articulo IV. n. 70. et libro II. titulo II. responso XVII. n. 14. p. 254. IVSTVS HENNING BOEHMER volumine I. parte II. consilio XXXVIII. n. 24.

III. Conclamant leges omnes et approbant, ita fieri oportere, ut, medio omisso, causam extra forum ordinarium recta ad altiorem iudicem nemo trahere audeat. Nec potest igitur, nec debet quisquam, nisi quasdam excipias causas, praeterito, et proterito, proprio et ordinario, primaeque instantiae, ut nos loquimur, iudice, ad altiorem et secundae instantiae iudicem recta ire. Quare ordo instantiarum neque turbari, neque negligi potest, propriumque declinari forum. Sic proprium forum est ordinarii cuiusque iudicis et rectoris provinciae, qui clarissimus, in qua quis larem constituit, qui proinde primus iudex est adeundus. Altior vero iudex est, qui et vice sacra dicebatur iudicare, secundae instantiae iudex, siue illustris, ut praefectus praetorio, siue spectabilis, qui videlicet dioecesi, ex pluribus provinciis conflatae, magistratus praecerat, veluti comes orientis.

Ratio autem huius constitutionis haec erat. Geminam is iaciebat et immittebat iniuriam in iudicem primi fori et aduersarium suum, dum superiorem statim adibat iudicem. Manifesta est in iudicem iniuria et contemptus eiusdem, quum nulla iusta de causa cognitio eius, tamquam improbi, vel ut spreto iudicis, qui in id alioquin publice est positus, declinari potest. Patitur etiam aduersarius iniuriam, quum extra proprium trahitur forum, ad longinquum forte iudicis altioris, cum magno sumtu et vexatione, quod profecto fieri non debet. Quocirca et enocationum ad principem rarus apud Romanos usus erat. IACOBVS GOTHOFREDVS in *commentariis ad codicem Theodosianum* libro II. titulo I. p. 95. n. 8.

III. Nemo itaque primae instantiae iure priuandus erit, ut probauit IO. PETRVS DE LVDEWIG *consiliorum Hallensium* libro III. consilio LX. col. 702. n. 38. vol. II.

V. Quamobrem principes ceterique imperii ordines in propriis cum subiectis sibi litibus, primam habent instantiam. Idem libro II. consilio LV. n. 38. col. 234.

VI. Prima quoque instantia in causis subfeudorum non est posthabenda. IO. PETR. DE LVDEWIG *consiliorum Hallensium C.* libro III. n. 77. col. 951. vol. II. SAMVEL STRYK volumine II. l. d. consilio XXII. col. 99. n. 14. libro I.

§. LX.

Caueat itaque iudex, ne vlla alicuius fraude competens alteri beneficium primae instantiae adimatur. Quid? quod ex officio litigantes ad primam instantiam, si ea praeterita ad iudicem superiorem venerint, ex analogia tum legum Germanicarum tum Romanarum remitti debere, iam supra §. LVIII. n. III. est obseruatum.

§. LXI.

Hinc facile patet singulis, quod ii, qui ordinibus imperii sunt subiecti, nequeant renuntiare primae instantiae beneficio et iurisdictionem in cameram propagare (§. LVIII. n. I.). Quantumuis licet IOACHIMVS MYSINGER centuria I. obseruatione LXXXVIII. hoc fieri posse, sibi persuaserit.

§. LXII.

Inde quiuis intelligit, quod ille debitor, qui subditus paret alii, quamuis se obliget sub formula: *mit oder ohne Recht*, per hanc non possit prorogare iurisdictionem camerae. Recte interea GEORG. MELCH. DE LVDOLFF *commentationis systematicae de iure camerae* sectione I. §. II. n. 18. p. 30. eum, qui austraegarum foro uti alias posset, in chirographo per illam formulam primae instantiae beneficium amittere, statuit. Operae autem pretium fecero, si verba ipsa *conceptionis ordinationis camerae* parte II. titulo XXV. §. VI. subiiciam: *Da einer in einer Verschreibung dem Gläubiger Macht und Gewalt giebt, seines Gefallens gegen den verschriebenen Gütern zu verfahren, und sich an den Pfanden oder Gütern mit oder ohne Recht bezahlt zu machen. Wollen wir, daß solche Wort: mit Recht, ad viam executiuam nicht zu extendiren, sondern*

E



sondern von dem ordentlichen Weg zuverstehen seyn sollen. Da aber die Wort: oder ohne Recht, so etwas mehr auf sich haben, in der Haupt-Verschreibung befunden, sollen Mandata, doch in denen Personen und Sachen, so NB. ohne Mittel an Unser Kayserl. Kammer-Gericht gehörig, erkennet werden.

I. Variæ sunt fraudes, quas ingeniosa excogitavit malitia, ut alter beneficio, quo gaudet, primæ instantiæ sine sensu callide priuetur, quod directo fieri nequit. Sic, uti Roma olim communis patria habebatur, quod egregie ostendit EZECHIEL SPANHEMIVS *de orbe Romano* exercitatione II. capite VI. ibique tamquam in foro domicili communi quilibet conueniri poterat per L. ult. D. *de interdicitis et relegatis*, et L. XVIII. §. III. D. *de iudiciis*, ita putant hodie quemlibet statim in iudicio camerae conueniri posse. Aiunt enim Romanum imperium, communem quasi patriam et ciuitatem esse omnium, qui imperio subiecti sunt, ideoque iudicia imperii suprema commune forum non in seite statui posse, credunt. Sed si vel maxime hæc quadraret comparatio, quod vero nemo sibi persuaserit, fieri tamen hoc nequit, quia ius primæ instantiæ non admittit, ut quis statim in supremo conueniatur iudicio, uti recte monuit GEORG. ADAM STRVVIVS in *Syntagmate iuris ciuilibis* exercitatione VIII. §. XV. Adde NICOL. HIERON. GVNDLINGIVM in *digestis* libro V. titulo I. §. XXII. sq. p. 31. sq.

II. Frustra quoque et sine causâ agit actor, qui plures diuersi fori reos captiose coniungit, eosque coram superiori indice conuenit, quia sic enertitur primæ instantiæ beneficium, quod tamen factum rectumque leges volunt conseruari. BENEDICT. CARPZOV. libro II. titulo II. responso XVII. n. 10. p. 254. GE. NICOLAI capite XX. *processus iudicarij* n. 1. p. 309.

III. Interest quoque magistratus, ne quis beneficio primæ instantiæ priuetur (§. LVIII. n. III.). Ex quo palam est, quod huic priuilegio renuntiari nequeat, si hoc fraudem ferat magistratui, cui subiectus est, obseruante LVDOVICO GÜNTHERO MARTINI in *analectis forensibus* titulo XI. §. II. n. 114.

III. De causis fiscalibus, ratione earum personarum, quæ parent ordinibus, complures asseuerant, fisci imperatorij procuratori non licere, eis actionem intendere, quia hoc repugnaret primæ

primae instantiae priuilegio. Dissentire videas NIC. CHRIST. L. B. DE LYNCKER volumine I. responso XCIII. n. 7. et 15. p. 508. Explanatione eget vtique *conceptio ordinationis camera-
lis* parte II. titulo XXI. §. VIII.

§. LXIII.

Quod omnibus etiam priuatae fortis hominibus competit beneficium, aequum est tribui principibus imperii; sine quo longe deterioris hi essent conditionis, quam ipsi illis subiecti, qui hoc iure vtuntur. Pro-
be hoc intellexit NICOLAUS CHRISTOPHORVS L. B. DE LYNCKER *de grauamine extraiudiciali* p. 398. ideoque duas instantias immediatis sufficere censuit, quia vna instantia causis illorum, praesertim quum longe grauiores sint, quam priuatorum, non satis con-
sultum videtur, prospici potest.

I. Sed praeuideo, te mihi opponere auctoritatem tituli C. *vbi
senatores vel clarissimi ciuilitate et criminaliter conueniantur*, quo
cauetur, vt actio in causis ciuilibus, senatoribus et clarissimis in
vrbe intendatur apud praefectum praetorio vel praefectum vrbi,
vel, iubente principe, coram magistro officiorum; vbi vero se-
natores in provinciis commorarentur, hi ad praesidem eius pro-
uinciae, in qua domicilium habent, in ius sint vocandi. IO. IACOBVS
WISSENBACH in *commentationibus ad codicem* libro III. titulo XXIII. p. 170. IACOBVS GOTHOFREDVS in *commen-
tariis ad codicem Theodosianum* libro II. titulo I. p. 92. Ex quo
colligi posset, ordines imperii, quod ad instantias attinet, non
aestimari debere secundum ea, quae de rusticis ciuibusue fue-
runt sancita.

II. At vero, quantumuis licet senatores appellare nequirent a
praefecto praetorio, dum, ne ab hoc prouocetur, erat sancitum,
L. VIII. C. *de appellationibus*, sed tantum supplicare licebat, L. V.
C. *de precib. imp. offer.* ANTON. SCHULTING in *enarratione
digestorum* p. 129. hoc argumentum nullius esse momenti, vel inde
patet, quod forum ordinarium senatorum fuerit apud vrbi prae-
fectum, IAC. GOTHOFREDVS l. d. ab hoc autem magistratu
E 2 appella.

appellabatur ad imperatorem, L. XVIII. C. *de appellat.* item a praeside prouinciae prouocare licebat ad principem, IOANNES ORTWINVS WESTENBERG in *principiis iuris digestorum* libro XXXVIII. titulo III. §. III. p. 1194.

III. Quilibet igitur perspicit infulatatem eius, quod contra hic dicitur, vix esse ferendam. Vt iam fileam, comparisonem ordinum regni Germanici et senatorum Romanorum esse rem extra modum absonam et absurdam.

§. LXIII.

Hinc iudicium austraegarum loquendi modo in foro recepto, vocatur prima instantia principum imperii (§. LVIII. n. 1.), testibus CHRISTIANO THOMASIO volumine I. libro I. *consiliorum Hallensium CXXI.* n. 32. col. 293. IOANNE PETRO DE LVDEWIG d. I. consilio CCLXXX. n. 4. col. 822. FRANCISCO FRIDERICO L. B. AB ANDLERN volumine II. *corporis constitutionum imperialium* parte I. p. 337. §. IIII. et IOAN. FRIDERICO PFEFFINGERO libro IIII. titulo V. *Vitriarii illustrati* p. 503.

§. LXV.

Principes ergo imperii, si quibus ab aliis principibus et proxime caesari parentibus, immediatos vocant, actio intendatur in camera aut supremo iudicio aulae imperatoriae, primae instantiae exceptione tuti sunt, quandoquidem legibus imperii vis aliqua et effectus, qui sane maximus esse debet. Quamobrem causam prius in iudicium austraegarum deduci oportet ibique in disceptatione prioris instantiae versari.

§. LXVI.

Antiquissimum hoc est iudicium et a veterum Germanorum institutis repetendum. Moris enim apud illos erat, vt lites austraegis (arbitris) decidendae committe-

mitterentur, prout hoc praeclare docuerunt V. C. 10. ADAM. KOPP in *den Proben des teutschen Lebn-Rechts* p. 63. sqq. et V. C. HENR. CHRISTIANVS SENCKENBERG in *floribus sparsis ad ius austraegarum* §. IIII. p. 12. Adde HVGONEM GROTIUM in *prolegomenis ad scriptores historiae Gothicae* p. 68.

§. LXVII.

Austraegae vero sunt personae habiles ad causas inter principes imperii, aliosque legibus denominatos, controuersas, secundum normam legitimam tractandas et decidendas, tamquam primae instantiae iudices, constitutae.

I. Quod austraege sint loco primae instantiae iudicum, vna omnium fere iurisconsultorum est consensus. GE. FRANZKIVS in *commentario ad D.* libro V. titulo I. n. 66. p. 205. NIC. CHRISTOPHORVS-L. B. DE LYNCKER *de grauamine extraiudiciali* capite V. sectione I. §. XIII. p. 397. n. 18. SAM. STRYK libro IIII. titulo VIII. *vsus moderni D.* §. XII. p. 438.

II. Sed caue putes, prohibitum fore, si quis eligere arbitros genuinos ac Romanorum more cupiat. Neque enim et hi penitus in Germania fuere ac sunt incogniti. Saltim austraege veteri more arbitris compromissariis admodum videntur similes, donec tandem iudices sunt effecti legales. Id DATTIVS *de pace publica* libro I. capite XXVIII. egregie probat, formulasque suppeditat antiquis suetas. Valde enim memorabile duco, nostrates principes ac comites arbitrium proprie dictum ac reductionem ad boni viri arbitrium suo quoque idiomate distinxisse, istud appellantes: *ein völliges genügliches Erbieten zu Recht*, vel: *ein austragliches und billiges Recht-Gebot, oder unbedingtes Recht*; hoc *ein bedingtes Recht*. DATTIVS l. c. n. 90. a quibus arbitrii nec ciuitates imperii erant exclusae. DATTIVS l. c. n. 83. LEHMANN. in *chronico Spirensi* libro VII. cap. 26. 29. 48. nec equites. DATTIVS l. c. n. 84. de quibus multa collegit CASPAR A LERCH *de nobilitate equestri*, cuius tamen pars primaria non est impressa, sed incendio, haud facile reparando detrimento,



perit. Posthac vero, nempe Maximiliani I. aetate omnes aufraegae euasere legales, a quibus nec eximendae videntur conuentionales, vti recte SCHILTERVS h. t. Sunt enim iudices instantiae primae omnes, solaque differentia est, quod actores debeant illos, qui habent conuentionales, ea ratione conuenire, atque hos nominare: in ceteris reus eligendi facultate fruitur: hisque vniuersis auctoritatem Maximilianus lege publica tribuit; cuius decreta confirmarunt leges imperii sequiores. Vide NIC. HIERONYMI GVNDLINGII *digesta* libro III. tit. VIII. p. 407.

III. Nemo igitur non perspicit, incaute loqui BVRCH. GOTT-HELF STRVVIVM capite XXV. §. LXIII. p. 980. *corporis iuris publici*, vbi aufraegas, quorum in *ordinatione camerale* mentio fit, rem nouam esse contendit. Enimuero oportet probe fecernas rei modum nouum et rem ipsam, quae profecto satis est antiqua.

§. LXVIII.

Varii autem sunt aufraegae, et vel conuentionales, vel legales, vel ex priuilegio descendentes. Conuentionales sunt, qui ex praescripto pacti ad lites exortas componendas eligendi sunt, quales habent serenissimi Hassiae Landgrauii, de quibus plura dixit PRAESES in *iure publico Hassiaco* capite VIII.

§. LXVIII.

Ab his, de quibus iam dixi, aufraegis conuentionalibus vulgo secernunt aufraegas legales (§. LXVII. n. III.). Tales sunt, qui ex lege imperii constituti fuere, et nominantur in *ordinatione camerale*, quique in certas classes sunt descripti.

I. Horum quatuor ordines triplici distinctione complexus IO. DECKHERR. Iubet hic considerare personam rei, vtrum sit princeps? an quidam inferior princeps? Vtrique actio intenditur vel a suae classis personis, qui est ordo I. et III., vel a diuersae classis personis, quae aut superiores sunt, qui est ordo II. aut inferiores existunt, qui est ordo aufraegarum III.

II. Plura

II. Plura de austraegis addere nec libet nec licet. Tu ipse consulere poteris magnificum nostrum DIETERICVM HERMANNVM KEMMERICH. *de austraegis S. R. I. comitum conuentionalibus*, WOLFGANGVM ADAMVM SCHOEPPFIVM *de arbitris necessariis in primis austraegis conuentionalibus et testamentariis*, IO. CHRISTIANVM SCHROETERVM *de austraegis conuentionalibus serenissimae domus Saxonicae*, SAM. STRYK. *de foro austraegarum*, GEORGIVM CHRISTIANVM HÜLS. *de austraegis republ. Norimbergensis*, et in primis V. C. IO. VLRI-CVM CRAMERVM *de austraegis conuentionalibus in caussis mandatorum S. C. non cessantibus*.

§. LXX.

Vix autem credibile est, quantis difficultatibus austraegarum iudicium implicuerint duo iureconfulti, CONRADVS VISCH et CONRADVS BRAVN, camerae quondam assessores. Horum enim opera utebatur Ferdinandus I. caesar, quum noua de re iudiciaria camerae promulganda esset sanctio, et hi sunt ordinationis camerale, anno cIo Io LV. publicatae, architecti. Qui quum nimium quantum dilataffent argumentum, fecerunt, vt austraegae ferme in exilium agerentur, et sensim prima principum instantia aboleretur.

I. Querelas IOACH. CHRISTIANI COCH. in *praxi fori Germanici* parte I. capite I. §. VI. p. 5. et SAM. STRYK. *de processu austraegarum* n. 3. p. 5. sqq. hic fileo.

II. Maximilianus quidem I. quum anno cIo cccc xcv. rem iudiciariam camerae constitueret, duos austraegarum modos indicauit, alterum quo principes, alterum vero, quo comites et antistites regni inferiores vti possent. Vterque nec asper nec arduus, sed proximus ad institutum.

III. Docent hoc verba ipsius Maximiliani I. : *Item, mit Rechtuertigung Churfürsten, Fürsten und Fürstmässigen, Geystlicher und Weltlicher, vmb Spruch und Vorderung, die jr einer zu dem andern hette, oder gewönne, sol es also gehalten werden: Welche sunderliche gewillkürte rechtlich Austrage gegen einander haben, derselben*

ben sie sich, lautt derselben, gegen einander gebrauchen, welche aber dieselben Austrag gegeneinander nitt hetten, so sol der clagende Churfürst, Fürst oder Fürstmaessig den Churfürsten, Fürsten, oder Fürstmaessigen, Geystlich oder Weltlich, an den Er Spruch oder Vordrung vermaint zuhaben, beschreyben, und jme sein Spruch oder Vordrung in sollicher Schrift anzaigen, mit Ersuchung, jm darumb Rechts zu pflegen, darauf soll der beschriben und erfordert Churfürst, Fürst, oder Fürstmaessig, Geystlich oder Weltlich, in vier Wochen, den nachsten nach sollicher Erfordrung, dem Klager, vier regierendt Churfürsten, Fürsten, oder Fürstmaessigen, halb Geystlich und halb Weltlich, die nit aus einem Haus geboren seyn, ungeferlich benennen, daraus der Klager eynen zu Richter kiesen, und demselben den angesprochen Churfürsten, Fürsten oder Fürstmaessigen, auch in vier Wochen nach der Benennung obgemelt, und ungeferlich durch sein kundtlich Schrift an seinen Hof verkünden, und so von baiden tailen allsdann denselben in viertzehen Tagen, den nachsten darnach, umb Annemen, und Tagsatzung bitten, des auch derselb anzunemen und vollfüren schuldig sein sol, als Künigklicher oder Keyserlicher Commissarius, in Krafft der Commission, dye wir, als Römischer König, hyemit einem yeden gethan haben wollen, und sol derselb erkorn Commissarius fürderlich Rechtstage sezen, in einer sein stat ungeferlich, und, mit sampt seinen unpartheyischen Raten, der Sach zu recht Verhörung, und wie sich in Recht gepüren würd, Entschaidt thun, doch sol kein Parthey die Appellation fur unser Künigklich oder Keyserlich Cammer-Gericht benommen oder abgestelt sein, nach laut des Artickels von den Appellation, welche angenommen werden sollen, oder nit, hievor begriffen, und ob der erkorn Commissarius abging, eher die Sach zu Ende kame, sol der Klager aus den andern dreyen surgeschlagen Churfürsten, Fürsten, oder Fürstmaessigen einen andern kiesen, der soll es auch anzunemen und zu vollfüren schuldig sein, als Künigklicher oder Keyserlicher Commissarius, wie der Artickel hievor anzaigt, und das für denselben bracht werde, was vor dem abgangen Churfürsten, Fürsten oder Fürstmaessigen in Recht gehandelt worden ist, und verner in der Sach ergee, und beschebe, was recht ist, und sollen der gemelten Commissarien yder, so es an jn kompt zum fürderlichsten in Sachen handeln, und kein geuerlicher Aufzug gebraucht oder zugelassen werden. Ob aber der Antwurter in Benennung der vier Churfürsten, Fürsten oder Fürstmaessigen, in obbestympter Zeyt nitt that, oder dem,

dem, so obsteet, nit nachfolget, so solt er dem Klager umb sein Vordrung vor unnsern Königlichen oder Keyserlichen Cammer-Gericht fürderlichs Rechtens pflegen.

Et porro : So aber Prelaten, Grafen, Herren, Ritter oder Knecht, oder des Reychs Frey-oder Reychsteet, einen Churfürsten, Fürsten oder Fürstmaessigen, Geystlichen oder Weltlichen, mit Rechte wolten beklagen, berürt dann die Sach verbriefft oder unverbriefft Schulde, zusagen oder verheysen, Bedrang oder Entseczung, oder so sich einer beclagt, der Churfürst, Fürst, oder Fürstmaessig, Geißlich oder Weltlich, irre oder verbindet jne an Geprauch seins Wildpanns, Zoll, Gelait, Gericht, oder ander hergeprachten Nutzen, oder Gerechtkait, in yeden diser oder dergleichen Vell ungewerlich sol der Klager den Cursfürsten, Fürsten, oder Fürstmaessigen obgemellt ersuchen, jm darumb Rechtens vor seinen Raten zupflegen, allsdann in dem nachstfolgenden Monat soll der erfordert Churfürst, Fürst, oder Fürstmaessig den Klager für sein Rat an seinen Hof, ungevarlich zu Recht fürbeschaiden, und auf denselben unnd annder nachfolgendt Gerichts-Tag neun seiner treffenlichen Rate an seinem Hof zu recht nyder setzen, die aus dem Adel und aus den Gelerten genommen werden sollen, ungevarlich doch daß der Amtman, der in der Sach wider den Klager mit der That gehandelt het, nit nyder gesetzt werde, und sol einer aus den neun Raten, den der Beclagt für einen Richter ernennen wird, in beywesen des Klagers oder seins Anwallds von den acht Raten, und der eldest under den acht Raten wiederumb von Ihm empfahen einen Ayd, daß Er in solcher Sach, nach baidertail fürbringen, und seinem besten Verstenntnuß, Recht sprech, und darinn keinerlei Gefarlichait gebrauchen, oder sich daran nichts verhindern lassen wolle, dieselben neun Rat sollen auch aller Gelübde und Ayde, in der Sach oder Sachen, die für sy in Recht gebracht werden, so lang die Vnentschaiden hangen, ledig seyn, und bleiben, so vil sy sollich Gelübt und Ayd darinn rscht zusprechen verhindern solt oder möcht. Auch sol die klagend Parthey nicht in Wider-Reccht für die Rat gezogen werden, und sol solch Recht von den Gerichts-Tag an zurechnen, als die Klag in Gericht bracht wirdet in nachst folgenden halben jare, zu Ende kommen, es begab sich dann durch rechtlich Schub, und Erkantnuß verner Erlengrung, so sol es doch in Jar und Tag zu Ende raichen, und sol yedem Tail zugelassen sein, ob Er sich mit gesprochenen Vrtailn beschwæret bedeucht, daß Er sich an unser Künigklich

F

oder

oder Keyserlich Cammer-Gericht beruffen und appelliern möge, laut des Artickels von den Appellacion obgemelt, des Klagers halben, ohn Vngnad und on Verhinderung des Cursursten, Fursten, oder Fürstmaessigen und Mennigklichs von seinen Wegen. Es sol auch der beclagt Cursurst, Furst oder Fürstmaessig dem Klager, und den, so Er ungeferlich mit jm bringen oder von seinet wegen schicken wurd, zu den Gerichts-Tagen zukommen, dabey zu sein, und wider an jr gewarsam, sein ungeferlich Glait zu schreyden, doch sol der Klager nyemandts mit ihm bringen oder schicken, der ein Verprecher war unsers Kunigklichen Land-Frids, oder desselben Cursursten, Fursten, oder Fürstmaessigen offner entsagter Veind oder Beschädiger, wolt aber der Chursurst, Furst oder ander Fürstmaessig, Geistlich oder Weltlich, vor seinen Raten, obgemelter maß, nit zu Recht kommen, oder wurd des, wie oben steet, nit verholffen, so soll dem Klager zugelassen sein, denselben Chursursten, Fursten, oder Fürstmaessigen mit dem Kunigklichen oder Keyserlichen Cammer-Gericht furzunehmen, nach dieser Ordnung, uber das Cammer-Gericht gemacht.

§. LXXI.

Sed quid, inquis, ad haec principum imperii consiliarii? Adeone horum tanta incuria et tam diligens negligentia primae instantiae, vt his conatibus non intercederent? Enimuero hi odio abrepti, quidquid patria redolebat instituta, damnabant, et iureconsulti, quos aetas ista ferebat, ad vnum omnes quasi compacto austraeas, tamquam reliquias inueteratae barbariae ex Germanorum iudiciis disciplinaeque proscribendas et plane delendas censebant. Egregium huius rei specimen est doctrina de austraeagarum iurisdictione delegata, commentitia sane et inutilis, quam quae maxime. Et quis aequo rem ferat animo, quum manifestum sit, Maximilianum I. qui austraeas iudices extraordinarios vocauit, nihil aliud in mente habuisse, quam principum iudicium.

I. In eo sane ille, qui iudicem primae instantiae delegata tantum pollere iurisdictione, statueret, mihi risum magis, quam stomachum moueret. Quare opinione sua, de austraegarum iurisdictione delegata, longe falluntur ii, quos enumerat NICOL. MYLER *additione ad partem II. dissertationis I.* MART. RVMBELINI *ad auream bullam* p. 266. Iccirco dum alia scripsit GEORG. MELCH. DE LVDOLF *de iure camerale* p. 34. n. 5. ac ipse sensit; in numerum iocorum liberalium viri grauis hoc referendum videtur.

II. Hallucinantur quoque illi, qui austraegis facultatem exsequendi sententias, a se pronuntiatas, denegant. Lege BURCH. GOTTHELF STRVVIVM capite XXV. *corporis iuris publici* §. LXIII. p. 860. qui austraegis solam causae definitionem tribuit. Et, quaeso te, dicas mihi, qualis sit iudex primae instantiae sine executione?

§. LXXII.

At vero docti illi viri non animaduertebant, agi hic de libertate ordinum, ac de primae instantiae beneficio. Successu quidem temporis procures ad recuperandam primam instantiam animos adiecerunt, sed iurisperitos fere omnes, iam abalienatos ab austraegis, ad veteris consuetudinis similitudinem reuocare nondum potuerunt.

Quare circa iudicium austraegarum neque opiniones iurisperitorum, neque principia eorum, qui principibus primae instantiae beneficium demunt, sequi nos oportet, sed ad id saltem animum debemus aduertere, quod legibus imperii est sancitum. IO. PETR. DE LVDEWIG volumine I. *consilio Hallensi* CCLXXX. n. 16. col. 824. libro I.

§. LXXIII.

Hinc factum est, vt iudicium austraegarum tam raro occurrat, vt, si quando auditum sit, hoc prodigii simile videatur et in portentis numeretur. Id quod ipse GEORGIUS MELCHIOR DE LVDOLF sectio-



ne i. §. III. num. 15. sq. *commentationis systematicae de iure camerale* p. 38. sq. infitias ire non potuit.

Iustis vindiciis primam instantiam ab huius oppugnantibus petiuit IO. PETR. DE LVDEWIG volumine II. *consilio Hallens* §. LXXXV. libro II. n. 3. et 18. col. 1629. et 1632. idemque volumine I. libro I. consilio CCLXXX. n. 1. sqq. col. 821. sqq. dicam illis scripsit, qui austragis, adeoque primae ordinum instantiae euerfiones inferre sunt ausi. Consule *protribunalia Lynckeriana* p. 79. §. VII.

§. LXXIII.

Attamen parte II. *der Reichs-Hofraths-Conclusorum* p. 699. anno c1o 1000 XII. in caussa *Reuters Wittben* contra *den Herrn Bischoffen zu Lübeck* decretum legitur: *werden Supplicanten von hier ab und ad forum austragarum verwiesen.*

Idem p. 925. l. d. in caussa *Württemberg-Oels* contra *Württemberg-Stuttgard* de austragarum foro ita placuit senatui imperatoris anno c1o 1000 XVIII. *Wird nunmehr der impetrantische Herr Hertzog nach Gestalt dieses Casus angewiesen, den im Fürstl. pacto familiae von an. 1617. vorgeschriebenen Stamm-Austrags-Contract für die Hand zu nehmen.* Quinque hoc decretum displiceret actori, sic interloquebatur senatus: *Läßt man es nochmahls, des in puncto austragarum ferners gethanen Einwendens obngehindert, bey dem concluso - - bewenden, doch - - daß an statt der - - begehrten Stamm-Austragen in gegenwertiger Streit-Sache die austragae legales statt haben sollen, deren Herr Impetrant sich gegen Herrn Impetraten zu gebrauchen, auch hiemit angewiesen wird.*

§. LXXV.

Porro austragis uti iussus est anno c1o 1000 XXVII. *Loewensteinius princeps* contra *Fridericum Carolum, Erbaci comitem.* Ipsum decretum ita se habet: *wird supplicirender Anwald von hier ab, und an die Austräge verwiesen.*

§. LXXVI.

§. LXXVI.

Anno quidem c^lo l^occc xxv. serenissimi Saxoniae duces Ioannes Wilhelmus et Ernestus Ludouicus, quum princeps Fuldensis actionem eis Viennae intenderet, exceptione auftraegarum se tuebantur; at vero senatus imperatorius iustae et aequae postulationi concedere noluit. Quin etiam caesar et electoris Saxonis, et serenissimorum ducum Saxoniae tum Vinariensis tum Gothani, et Brandenburgici electoris et Hassiae landgrauui preces repudiavit, tamen cuncti interuenirent atque caesarem diligenter rogarent, vt, primae instantiae iure frui, permitteret reis. Vide *die merckwürdigen Reichs-Hofraths-Conclusa* parte vi. p. 352. - 356.

§. LXXVII.

Maior adhuc vsus commissionum ad auftraegas obseruatur, quantumuis licet et hae sint raras nec adeo vsitatae. Testem adhibeo IOANNEM IACOBUM MOSERVM V. C. parte IIII. *der Einleitung zum Reichs-Hofraths-Proceß* §. xxxiii. p. 804. Neque video, cur GEORGIUS MELCHIOR DE LVDOLF l. d. appendice v. p. 254. commissarios ad auftraegas a camera peti posse, dubitet?

§. LXXVIII.

Paullo vehementius annis c^lo l^occc xxxv. et insequentibus imperii ordines laborarunt, vt suprema regni tribunalia auftraegarum instantiam tuerentur, defenderent, custodirent incolumemque seruarent. Vide IOANNIS GOTTFRIDI DE MEIERN *acta pacis Westphalicae* parte i. p. 809. parte III. p. 168. parte IIII. p. 99. 128. 190. 203. 524. Promisit quoque illud caesaris

F 3

legatio



legatio pacificatoria, atque postulatum procerum et iustissimum esse et acquissimum declaravit anno cIo Io c xxxvii. parte iiii. p. 86. 128. 190. 547. 551. 966. et parte v. p. 500. parte vi. p. 150. A. P. W.

§. LXXVIII.

Suffragium legati Saxo-Vinariensis in conuentu imperii, anno cIo Io c liiii. congregato, huius erat sententiae: *man gebe auch überdieß zu bedencken anheim, wie solcher (Austrägen) Proceß dermableins zu beschleunigen, alle bis anhero verspürte Weitläufigkeiten zu vermeiden, und die dabey so hoch anlaufende Unkosten practicirlichen Dingen nach abzuschneiden.* IOAN. GOTTFRIDVS DE MEIERN parte II. actorum comitialium libro XIII. §. I. p. 484. Noua ergo non produco in medium, quum beneficium primae instantiae ordinibus regni haud denegandum esse, statuo. Iubet etiam capitulatio Caroli VI. non semel, sed tum §. xviii. tum §. xviiii. vt hoc ius factum sit et incolume.

Ne quis hac de re dubitet, subiiciam ipsa §. xviii. verba: *wir wollen auch die Churfürsten, Fürsten, Pralaten, Grafen, Herrn und andere Stände des Reichs (die ohnmittelbare Reichs-Ritterschaft mit begriffen) und dero allerseits Unterthanen im Reich mit rechtlicher oder gütlicher Tagleistung von ihren ordentlichen Rechten nicht dringen, erfordern oder vorbescheiden, sondern einen ieden bey seiner Immedietat, priuilegiis de non appellando et euocando, so wohl in Civil- als Criminal-Sachen, electionis fori, dem IVRE AVSTRAEGARVM tam LEGALIVM, quam CONVENTIONALIVM vel FAMILIARIVM, bey der ersten Instantz - - - bleiben, und keinen mit Commissionen, Mandaten und andern Verordnungen darwieder beschweren, oder eingreifen, noch auch durch den Reichs-Hofrath und das Cammer-Gericht oder sonst eingreifen - - lassen.*

§. LXXX.

§. LXXX.

Iam non dicam de pacis Westphalicae sanctione capite v. §. LVI. atque de recessu imperii nouissimo §. CV. et §. CLXVIII. itemque *ordinatione iudicii imperatorii in aula caesaris* titulo II. §. II. quum supra haec inculcaui (§. LVIII. n. I.). Adde IAC. BLVMEN in *processu camerali* titulo XXVII. §. x. p. 119. : „ quare „ autem, inquit, eae auftraegae introductae, a Carolo V. „ in praememorato priuilegio Norimbergensi haec red- „ ditur ratio, vt electores, principes ac reliqui, imperio „ immediate subiecti, non minus, quam mediate sub- „ iecti, beneficio appellationes gauderent. Alias enim „ deterioris essent conditionis, quam ipsorum subditi, „ qui plures habent instantias, ac sua iura diuersis vici- „ bus vrgere, non deducta deducere, non probata pro- „ bare possunt.

§. LXXXI.

Est haec doctrina, quae omnium fere consensione laudatur. Vide NIC. CHRISTOPH. L. B. DE LYNCKER *ad capitulationem diui Iosephi* p. 21. et IO. FRID. CRAMERI *manuale processus imperialis* sectione I. capite X. §. V. p. 173. IOAN. CHRISTOPH. AB VFFENBACH *de consilio imperiali aulico* capite II. subsectione I. §. III. p. 144. BERTRAMI *breuiculum praxeos imperialis aulicae* titulo XX. §. I. p. 82. CHRISTOPHORVM SCHWANMANN *de processibus camerae imperialis* libro I. capite II. p. 9. IVST. SINOLT SCHÜTZ *volumine II. exercitatione iuris publici* III. §. II. p. 117. et §. XV. p. 149. et THEODORVM REINKINGK *de regimine saeculari et ecclesiastico* libro II. classe II. capite XVI. n. 10. II. p. 971. Adeo, vt ciuis, quem, forensi stilo,

stilo, extraiudicialiter grauatum dicimus, cameram appellare nequeat, sed austraegarum foro vti debeat. Idem d. l. n. 28. p. 974.

Quum itaque austraegae sunt ordinum imperii prima instantia, et de hac custodienda et obseruanda tot legibus cautum legitur, vix animo comprehendi potest, cur iurisperitorum non nulli statuunt, „austraegas iuri communi fuisse superinductas, atque „ideo strictissimam pati interpretationem.„ Est in horum numero personatus ille HADRIANVS GYLMANN in *decisionibus cameralibus* p. 54. Nonne perridiculum aliquid ille diceret, qui primae instantiae iura strictissimae interpretationis esse, narraret?

§. LXXXII.

Cur vero ordines regni tantum conferunt studium in seruando primae instantiae beneficio? Et quilibet perspicit hoc ad eum iuridicalem finem fieri, quo primae instantiae iure fruantur. Ast alii tot hic excogitarunt exceptiones, vt austraegarum iudicium sit inusitatum, priscum fere ac vetustum, et ab vsu fori quotidiani iamdiu intermissum.

I. Hoc tamen obseruatur, quod contra eum, qui austraegarum iure vti posset ac deberet, non decernatur mandatum cum clausula, saepe tamen secundum rei ac modi rationes mandatum S. C. fuit decretum. Vide BERTRAMI *breuiculum praxeos imperialis aulicae* titulo XX. §. XIII. p. 87.

II. Vt tuis cernas oculis, regulam, ad quam dirigendum foret austraegarum iudicium, sensim ac sine sensu per exceptiones perimi, has subiiciam. Cessare autem putat austraegas PETRVS FRIDERVS *de processibus et mandatis in camera extrahendis* libro I. capite XX. p. 78. in casibus vndeuiginti, quos ille etiam enumerauit. Alii vero eorum numerum amplificauerunt et dilatauerunt, existimantes, cessare austraegarum instantiam:

- 1.) Si status inferioris ordinis, nempe praelati, comites, barones, a ciuitatibus, ciuibus, subditis et aliis inferioribus conueniendi sint, austraegis non ita locus est, vt superius eas principibus in simili casu competere dictum est; sed illi

niox

- mox apud consilium imperiale aulicum vel cameram conueniuntur.
- 2.) Cessat etiam iurisdictio austraegarum II. Si actor princeps conueniens alium principem, intra quatuor hebdomadas, quatuor alios principes actori transcribere omiserit, aut ille iisdem transcriptis, ex illis vnum dicto tempore non elegerit; tunc enim cessante priuilegio austraegarum, res ad consilium imperiale aulicum deuoluitur.
 - 3.) Cessat III. Si princeps ab aliis inferioris ordinis, vti comitibus, baronibus, aliisque conuentus, intra dictum tempus se cum suis consiliariis sistere nolit: quoties enim lex certam formam praescribit, vti hic, ea non obseruata, totum actum corruere, notum est.
 - 4.) Cessat IIII. Si huic ex vtraque parte fuerit renuntiatum: fauori enim pro se introducto quilibet renuntiare potest.
 - 5.) Cessat V. Si quis austraegis gaudens in aula caesarea conuentus priuilegium non opponat; sed litem contestetur: quia tunc tacite dicto priuilegio renuntiasse censetur.
 - 6.) Cessat VI. Si inter duos imperii vassallos de feudo imperii maiori, vt principatu, ducatu, comitatu, cet. lis exorta fuerit: nam cognitio desuper soli consilio imperiali aulico, ita vt eadem nec camerae conueniat, reseruata est; secus autem dicendum est, de feudis minoribus et inferioribus, quorum disceptatio nec ad austraegas, nec ad imperatorem, sed ad pares curiae siue conuassallos deuoluitur.
 - 7.) Cessat etiam VII. Si res litigiosa non sit res ciuilis; sed vel criminalis: hae enim austraegarum iurisdictioni non subiiciuntur.
 - 8.) Cessat VIII. quando reus in alio iudicio, quam austraegarum conuenitur: tunc enim seclusis pariter austraegis, actorem conuenire potest.
 - 9.) Cessat, si actione reali in loco rei sitae reum conuenire potest.
 - 10.) Si reus priuilegio austraegarum specialiter, v. g. in litteris obligationis, renuntiauerit.
 - 11.) Quando reus in bannum imperii declaratus est.

G

12.) Quan.



- 12.) Quando cum reo priuilegiato concurrit correat non priuilegiatus.
- 13.) Quando per confessionem rei, actoris probatio in continenti probata est.
- 14.) Si reus, tamquam pars, et non ut iudex, via non legitima, iure et vi iurisdictionis sibi subdito grauis sit.
- 15.) Si reus domicilium extra territorium suum in alienum transferat, et personali actione conueniendus sit.
- 16.) Si reus sit vagans.
- 17.) Si correat diuersi fori sint.
- 18.) Super L. diffamari.
- 19.) In causis super constitutione pacis relig. et profanae.
- 20.) Litigiosae possessionis.
- 21.) Super constitutione de pignorationibus.
- 22.) Super constitutione de arrestis.
- 23.) Super causis violati priuilegii.
- 24.) Violatae iurisdictionis imperii.
- 25.) Vbi agitur ad relaxationem iurisiurandi ad effectum agendi.
- 26.) In causis, quae magis imperii, quam iurisdictionis sunt, uti tutorum curatorumque datio, eorumque exoneratio.
- 27.) Si res controuersa in mero iudicis officio consistat, uti causa alimentorum, de relaxando captiuo.
- 28.) In causis executiuis, ubi obligatio clausulas executiuas continet.
- 29.) In commissionibus ad perpetuam rei memoriam.
- 30.) In causis dotalibus.
- 31.) In causis fiscalibus, et tandem in casibus, quibus mandatum S. C. per superius dicta decerni potest.



SECTIO

SECTIO TERTIA
DE
REMEDIIIS QVIBVS SVBVENIRI POTEST
INCOMMODIS AVSTRAEGARVM VT PRIMA ORDI-
NIBVS IMPERII INSTANTIA RESTITVATVR.

§. LXXXIII.

Non deerunt fortassis, qui credent, me noua mo-
liri, ac de iudiciario litium ordine mutando co-
gitare. Nec autem is ego sum, vt tantum pos-
sim; nec si maxime possem, rerum mearum condi-
tio, quod veteri vsui mutando conducet, nihil poterit
efficere. Ego vero saltem dixi, quid leges iubeant, et
vsu fori illas non custodire.

§. LXXXIII.

Quod vt fiat, opus est, vt austraegarum circuitio-
nes et amfractus praecedantur et noua lege abscindan-
tur. Vna eaque optime omnium austraegarum via
erit, vt ordines ad suos consiliarios rei citentur, prout
PRAESES in libello *von der Nothwendigkeit die Reichs-
Gerichts-Praxin zu lehren* p. 33. ostendit. Quod si actor
vereatur, ne tales ordinum consiliiarii partium studio abri-
pantur, ab illis actorum petere potest transmissionem.

I. Huius consilii rationem reddet Georgius Bauariae dux,
qui perhibente IOANNE PHILIPPO DATTIO *de pace publica*
libro I. capite XXVI. n. 79. p. 192. anno MDCCCCLXXXVIII.
scribebat: *so sind wir auch on das bisshero gepurlichs austrags
vor der Kayf. May. als unserm ordenlichen richter, oder vor un-
sern Raten in Kraft unserer Furstl. freyheit - - - nyemand in
ewrem punct verwant - - vorgestanden.*

II. Ante omnia opus est noua lege, qua caussae, quas §. LXXXII.
n. II. enumeravi, suis diligenter examinentur ponderibus: vtrum
reuera ex austraegarum iudicio sint exemptae?

G 2

III. Bre-



III. Breuiter sed perspicue austraegarum amfractus et circuitiones descripsit CHRISTIANVS SCHWANMANN *obseruatione practica XIII.* p. 31. sq.

III. Recte idem *de processibus camerae imperialis* agens, libro I. capite III. n. 8. p. 25. statuit, quod austraegis locus sit, tamen si pluribus imperio proxime subiectis vna intendatur actio. Quando autem primae instantiae priuilegium cesset, ex communi hic docet opinione d. l. capite VI. p. 30. sqq.

§. LXXXV.


Sin vero actor uti mallet commissione ad austraegas, et huius rei licentiam habere debet et libertatem. Hac tamen adiecta lege, ut, quemadmodum austraegae (§. LXXI. n. II.) de controuersia cognoscere possunt eamque decidere ac per circuli duces exsequi; ita similem esse conditionem oporteat commissionis ad austraegas, sic quidem, ut, verbis utor BERTRAMI d. l. §. XIII. p. 87. nomine atque auctoritate caesaris ambas partes coram se vel delegatis suis certo die et loco citadas, interque illas earumque procuratores amicabilem compositionem curet tentandam, ea vero non subsecuta, processu summario utramque audiat, causamque secundum austraegales sacri imperii constitutiones decimat.

Quae ad formam supplicandi pro commissione ad austraegas faciunt, recenset CHRISTOPHORVS SCHWANMANN d. l. capite V. p. 27. sq. Adde IOANNIS FRIDERICI HOFMANNI *praxin iuris et processus cameralis* titulo VIII. p. 427.

§. LXXXVI.

Plura non addo, sed repente conticescere malo, qui scriptionis genus fui aggressus difficile paene ac arduum, neque non ita sibi innexum, ut vix fieri possit,

fit, quin horum gratiam, illorum odium, aliorum denique censuram mihi colligam acceleremque. At honesta tamen conanti, semper quod satis est, sufficit. Odia cur metuerem plane me non reperire, in re integerrima et quae ad bonos ciues ex aequo pertineat. Sat enim fautorum habet, docente MATTHIA BELIO in praefatione prodromi Hungariae antiquae et nouae, qui recte facit. Tametsi enim non defuerunt, qui in hac parte cum laude sunt versati; quia tamen aliud sibi propositum habebant optimi illi viri, quam vt se per res instantiarum principum vniuersas diffunderent, in eam spem veni, haud inutiliter studia laboresque collocatum iri, si, quod huc faceret, pro ingenii ac virium modulo in commentaria retulerim.





ORNATISSIMO IUVENI
ESAIAE RVDOLPHO
DE BREIER

S. P. D.

I O. G E. E S T O R.

ITA quidem commune aetati iuuenili solet esse, ita vetus, ita frequens, ita priuatim publiceque vsurpatum, vt quocumque te vertas, quidquid aspicias, quidquid audias, vel totum ex animis constet dissolutis, vel pigritiae, negligentiae, inertiae, ignauiae partem maximam complectatur, scholae, musea, compita omnia, veteres nouique academiae ciues, quantam, bone Deus, quamque perspicuam querendi de moribus corruptis non imperito copiam dicendi suppeditant!

Verum enim vero, ORNATISSIME DE BREIER, TV in hac nostra ita vixisti academia, vt tibi recte persuaderes, parum intentam et operosam senectutem non admodum probari, multo minus de adolescentia otiosa et ingenua fore statuendum.

Firma-

Firmauit tuam sententiam locus, vbi
vixisti. Nam Ienae ipsa loci natura nullam
aetatem esse patitur, nisi occupatissimam.
Tv semper habuisti nihil deterius otio; nul-
lam luem tam foedam putauisti, nullam la-
bem, nullam pestem, quae possit cum igna-
uia comparari. Recte, dum hic vitam in
litteris degeres, statuisti, institutam studio-
rum rationem perpetuo labore constare, eo-
que intermisso, non iam debilitari, sed omni-
no dissolui. Odisti semper illos, qui somno
et culcitae, vt qui maxime dediti sunt. Ete-
nim TE diligentia tua singularis somno exci-
tauit, iussitque ante lucem surgere. Vbi
docentium recitationes audiendae erant, ibi
totus eras homo, ibas, redibas, nihilque
TE fingi potest negotiosius. Tv ostendisti,
nullum esse ingenium tantum, quod efficere
aliquid possit, nisi viridem aetatem assiduis
exercuerit vigiliis. Sed hac de re, quo mi-
nus aliquanto copiosius dicam, tua vetat mo-
destia, praesertim quum laudum tuarum lo-
cupletes testes habeam collegas grauissimos,
atque sufficere putem, hos non modo sen-
tentia sua, sed TE exemplo etiam, quae dixe-
ro, iamdum confirmauisse, atque ipsum lucu-
lentissime hoc ipso disputationis specimine
eoque

eoque publico demonstrauiſſe. In hoc igitur TIBI gratulor, qui ſingulari induſtria perſcrutatus es atque pertractauiſti bonas artes, in primis iuriſprudentiam, tum Romanam, tum Germanicam, tum publicam, tum clientelarem, tum illam, quae de ſacris et de criminibus ſpeciatiſim agitur, tum denique eam, quae artem, lites in foro ſcite tractandi, docet. Idem ego precor, vt tuae res fauſte, feliciter proſpereque eueniant. Fruere virtute tua, quae ipſa per ſe maximae ſpei commilitoni debet eſſe ſatis: ego enim, quod vnum valeo, tam aſſidui ornamenta auditoris et quotidiani perpetua cogitatione complectar. Vale, mi BREIERE, vale, vale et ſalue. Scrib. Ienae
A. S. R. cld̄ Idcc xxxxi. VI. iduum
aprilis.



155053

8

AB 155053

KL 468 nd





Farbkarte #13

B.I.G.

17

E
IMI FORI
VE
FICIO
STANTIAE
S IMPERII
OVE IMPERTIENDO
THAC PRAEFINIENDO

IFICENTISSIMO
CIPE AC DOMINO
INO
HENRICO
CI CLIVIAE MONTIVM
IAE COMITE SAYNAE
EINII RELIQA

ABVNT
Io Idcc xxxxl
VS ESTOR
M MEINVNG. ISENAC. GOTHAN.
AE PROVINC. SENATVS IVRIS-
E SCABINOR. ASSESSOR
ORDINARIVS

HVS DE BREIER
ENSIS
PONSVRVS.

RITTERIANIS.

